



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De forma Ciuilis Eloquentiæ.Capvt XXII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Iureconsultis Græcè inuenit, scripta, eadem lingua describi curasse, & hodieque in Pandectis Florentinis extare Græca responsa. Authentica quoque ipsa Græcè fuisse scripta, quæ vix paucos ante annos intelligi poterant lingua Græcæ ignorantie. Duodecim vero legum tabulas maxima ex parte è Græcia delatas, quemadmodum & philosophiam, omnisque ingenias artes, quæ iuris consulto maximè congruunt, Græcè fuisse traditas. Græca ideo ut cum latinis semper coniungeret, Tullius filio erat auctor. Norunt omnes Marcum Catonem Censorium, eundem Oratorem, eundem historiam conditorem, eundem iuris, eundem rerum rusticarum peritissimum, inter tot operas militiae, ranta domi contentiones, rudi seculo litteras Græcas, senem etiam arateque iam declivi didicisse. Hinc fit ut interpres Graci, eti Romanae antiquitatis ignoratione labi potuerunt, & adeò lapsi sunt, magno tamen præsidio sint ijs, qui in hac disciplina cupiunt excellere. Sane Græca lingua familiaris fuit Modestino, Papiniano, & Sexuolæ, aliisque omnibus, è quorum libris digesta conscripta sunt, ac quæ nunc omnium manibus teruntur, cum addiscuntur breuiore temporis spatio, tum eotundem interpretationibus magnopere iuuamur ad ea, quæ amissimus, & re-  
niruenda.

Atqui Theophilo, præter non ita multis  
in eadem antiquitate lapsus, qui Iustiniani  
institutiones vertit in Græcam linguam, nul-  
lo alio ad eos libros intelligendos esse aptio-  
rem, scripsit Antonius Augustinus, ac reliqui  
postea comprobabant.

Quid vero ad rerum interpretationem attinet inter plurimos interpres qui institutiones Iustiniani explanauerunt, perendam maximè existimat Possuinus istorum studiorum rationem ex Sylvestro Aldobrandino, & Vigilio Zuichemo, quibus si quis addere voluerit loachimum Mynglerum, & Franciscum Hotomanum, meninerit, nemanum, admoueat ijs, qui Ecclesiae pertinens non sunt editi, neque emaculari. Sed de his, & cæteris auctoribus qui

*De forma Civilis Eloquen-  
tiae.*

CAPVT XXII.

**N**unc ad formam, & characterem dicendi  
in hoc forensi genere a prudentibus viris  
traditum venio, de qua re cum in eo li-  
bro, quem de stylo conscripsi, non pauca dixe-  
rim, tota hæc tractatio brieuor futura est, &  
civili eloquentia limitibus circumscripta.

Aique vt ea tantum attingam genera, quæ  
nunc spectatissima sunt apud omnes, duas po-  
tissimum eius eloquentię, quæ nunc in fo-  
ro, & vita ciuili regnat, sc̄tas esse video: A-  
lij enim orationes instar commentatoriorum  
scribunt ex magna linguarum atque testi-  
moniorum sylua congesta, vi amplam spe-  
ciem doctrinæ præferant; Alij vero dicendā  
genus longe disper̄ consequuntur accuratum,  
subtile, elizmatum, suave, optimis sensibus  
affluens, magno verborum deleſti illuminata-  
& venusta periodorum cocinnitate vne-  
dique circumsonum, quod si minus ha-  
beat doctœ ostentationis, minus tamen habeat  
ineptiam.

Quærunt igitur adolescentes cui potissimum **Doctorum**  
ſtylo iuſſitē debeat? nec defunt vtrimeque **oratio maratione**, quæ in diuersa ſuſpenſos animos ab-  
ripiant. Nam quod ad primum dicendi geſtione  
nus attinet, magnam concitat doctrinæ op-  
inionem, quæ vna res hominum auribus  
fauifſimè blanditur, magnam habet ad-  
mirationem, cum in vnam orationem vide-  
mus omnium fermè ſeculorum lumina con-  
fluxisse.

Loquuntur vnius hominis ore tot veteres; & sua quisque vernacula loquitur, resonant vndeque via in idiomata, Graeca, Latina, Hebraica, interdum Chaldaica, & Arabica, quibus Italica, & Hispanica non raro admiscerentur. Non est iam fabula *tricorpor Geryon*, quem ternis loquuntur linguis mythologii confinxerunt, Audimus vno hominis ore tot peregrinas voces, ut eius monstri varietatem mirerimur esse superatam.

Affertunt præterea authores tam diuersi, tam ignoti, tam abditi, qui postliminio in lucem faciolorum redeunt, tam lectæ pronuntiantur sententia, tam exquisita rerum ob-

seruationes, tam illustres notæ, vt putes in vniuersitatis mortalitatis anima omnium herorum ingenia, artes inuenta refloruisse. Tum vero haec dum ex memoria sacratio promptissima quadam facundia, & efferuercentibus verbis proferuntur, quis est qui hunc hominem non suspiciat, quis non obstupescat, imo quis hominem putet, non viuum quandam, & spirantem bibliotecam, cui Deus omnes antiquarum disciplinarum thesauros cederidit.

*Doctrina rationibus an adhibenda?*

*Antiquorum iaus.*

Titillat animos hoc tergeminum sephos, & latius in perniciem eloquentia sui veneni suauitatem diffundit. Quod si quis obijciat tantam peregrinæ eruditio[n]is ostentationem plurimum habere vanitatis: addunt qui se huic stylo addixerunt, longe saniorem, & modestiorem esse: nam qui ex veterum mente loquitur, plus habet modestia, quam qui sui ingenij inuenta suis auditoribus venditat.

Adulterat sibi quisque recentiorum hominum, quantum solet, & nouos ingenij sui fortus, vt partum simia solent, demiretur, nūquam tamen hoc assequetur, vt antiquos illos, quibus coronatis tot saecul[um] plauerunt, de gloria hæreditate dimoueat. Quamobrem, cum dicunt sua, parum habent auctoritatis, at cu[m] veterum sententias, & monumenta referunt, non iam homines loqui videntur, sed quedam ex tripode oracula.

Hinc fructus apud auditores vberior, quibus, etiam si præceptorem egeris, haudquam persuaseris, vt à te audita, quasi antiquorum effata suscipiant, siquidem rebus etiam optimis facile adhærecit ex nouitate fastidium: sed ne multis (inquieti) rationibus moremur, discernen[ti] omne sustulite experientia, nam qui huiusmodi actiones habent, aut orationes, nullis veterum sententijs, quasi stellis illuminatas, etiam si lauissimum manufactæ orationis explicit instrumentum, frigidè tamen, & oscitantur audiuntur, nec prodest quod dicant se orationem, ex veterum quidem sensibus coagmentata fingere, sed consultò premere, ne obscurent eloquentiam. Primum enim illiberales sunt, & erga summorum hominum manes ingratit, qui eorum premere nituntur memoriam, & iis tenebras offundere, a quibus lucem accipere. Deinde si nolunt intelligi, curvuntur, cur operam ijs impendunt? cur clavum purpureæ insunt, si tegendi consilium est, sed nec tamen illi regunt, & qui hæc alijs dissident, postquam contra doctos omni co-

natu declamâruut, doctrinam auctorum surpassant, haud quidem latenter, & obscurè, vel si quis modestiorem se in ea re singat, vt illa virgo Virgiliana:

*Et fugit ad salices, & se caput ante videri.*

Hac fermè huius sc̄læ argumenta.

Equidem farcor violentum esse consuetudinis imperium, cuius vis vbi semel in hominum animos, sensusque peruersit, non facile, nisi grauissimæ cuiusdam auctoritatis viribus, & lacertis refringitur.

Qui primi in foro gallico post superiorum sæculorum infantiam, præcipua quadam eloquentia maiestate eminere visi sunt, cum essent, & sanctiore doctrina exculti, & variorum librorum lectione calerent, statim le in hoc dicendi genus coniecerunt, quod in tanta linguarum, & rerum ignorantia, plenissimum erat admirationis.

Itaque illi cùm essent auctoritate graues, eruditio[n]e celebres, & ciuilium arrium disciplinis præclarissime instruti, plurimos habuerunt imitatores, qui se ad vius principis exemplar, quantum maximè possunt, nituntur effingere. Sed orientur (opinor) viri, nisi iam nati sunt, magni, & sapientes, qui illam dicendi peruersitatem, que se nostrorum hominum agglutinavit ingenij, aut penitus euellent, aut certe succisus viribus debilitatam, & comminutam in aliud domicilium emitteant.

Est enim profecto error mentis, qui se dulcibus virtutis instillat, & specioso quadam doctrinæ p[re]textu opprescis vanitate sensibus illudit.

Primum enim, quis veterum ita loquutus est?

Non sum is, qui velim omnia semper ad normas antiquorum reformari, scio multa pro saeculorum varietate, multa pro hominum ingenij, populorumque disparitate mutari, maximè vero in eloquentia, cuius hoc fuit semper regnum, scena (vt aiunt) opinione seruire. Sed tamen haudquam arbitror, contemnendam præstans illorum hominum, in ijs præcipue arribus, quarum gloria floruerunt, auctoritatem.

Quis igitur tanha idiomatum varietate, tam densa testimoniorum copia loquutus est?

Non mirum est (inquieti) si Græci, qui & linguam suam mirantur impensis, & cæterarum gentium artes, ac disciplinas respu-

*Conseu-  
dini vnu.*

*Doctrina  
pia & culti-  
moniorum  
farragin-  
mich*

unt, nunquam ferantur his testimonijis delegati, nisi forte Mosem velis à Demosthenē Hebraicis citari verbis. Esto, hoc concedamus, Græcos, ut plurimum sua lingua contentos, ceterorum populorum idiomata, vel ignorasse, vel contemptisse: diffiteri tamen non possumus, aliquos etiam veterum Græcorum latinis litteris excultos. Nam & Euzebius nouimus Virgilianos versus ex Polione Græcos fecisse, nec imperitum latinitatis fuisse existimem Gregorium Nazianzenum, qui de Cypriani eloquentia tam accuratam tulerit iudicium. Sed & Demetrium quandam, ex græcis accepimus, Diuum Thomam græcis litteris reddidisse, quod olim Zacharias Pontifex, in Gregorij magni dialogis fecerat, quando tamen illi latina cum græcis commiscent.

Hoc Demetrius Phalereus, vir iudicij (vt appareat) limatissimi, in oratione fieri prohiberet.

Quid verò latini oratores, & qui unus omnium instar est Tullius, quando prolixis, & frequentibus Græcorum testimonijis in orationibus vixit.

Atqui profectò hic vir, si quisquam aliis græcarum litterarum fuit peritissimus, & ea etiam argumenta sèpius attigit, in quibus liberius exultare poterat, vt in humiorum scientiarum laudibus, ea oratione, quam pro Archia Poeta conscripsit. In hac tamen, & in ceteris, consultò eam Græcae eruditiois ostentationem fugit, ne forum in Varronis bibliothecam commutare videatur.

Neque tantum hoc exemplo docuit, sed quid ipse de toto sentiret, in grauissima Antonij Oratoris persona paucis indicavit his verbis.

Semper ego existimau iucundorem, & probabiliorem hūc populo Oratorem fore, qui primum quamminimam artificij aliquius, deinde nullam Græcarum rerum significationem daret.

Nil opus est cetera perseguiri, si nostra querimus tempora: ecce p̄œ oculis, & manibus omnium, vir, quo neque auctoritate quisquam grauior, neque acrior iudicio, nec vix ciuilis eloquentia limatior. Verius Proconsularius, qui in eo libro, quem de Gallia eloquentia non minus sapienter, quam politè conscripsit, totam illam rerum, & testimoniorum inconditam farraginem, tam

grauis censura perculit, vt ad eius iudicium aliquid addere sit de re ipsa multum detrahere.

Quo se igitur præsidio tuebuntur, qui hanc dicendi rationem defendunt, an ijs rationibus, quas supra commemoraui.

Enimvero multum habet hoc laudis, variam locorum, atque testimoniorum syluam congerere, quod mediocribus etiam ingenij, si librotum copia affluxerit, potest tiscomunne.

Num verò hoc potius admirabile est orationem egregijs præditam sensibus, leni, & æquabili tractu diffusam, accuratam iudicio, verborum luminibus, & tempeste figurarum, præclarissimè confurgentem, quasi magnitudinis flumen in aures circumstatiām profundere, quā ex Sanchoniatonis fragmentis, Glyca, & Micrologo patidiusculos aliquot locos eruere.

Hæc dico, non quod doctōrum virorum operam in commentarijs, & observationibus antiquitaris respuam, qua magnam apud literatos obtinet commendationem, sed eloquentia laureis præstari haudquam tuletrī: nam & ipsi, qui hæc scribunt, experinuntur quanta facilitate excidant ijs, qui in librorum ysu mediocriter sunt versati, & si quod poema, aut orationem suo marte pangere aggrediantur, tum demum facili co-guntur, artem dicendi omnium esse operosissimam.

Qui sit igitur, vt non æquè suos auditores teneat eloquentia, ac varia solet eruditio?

Primum, quia raro talis inuenitur eloquentia, quæ perurat, & rapiat: deinde, quia si quæ optimè conscripta fuerint, non talem nanciscuntur actionem: paucos denique legitimos haberet de sua dignitate iudices: nam quæ fermè dicitur ab eloquentibus, cum ea terfa, & nitida esse oporteat, sit, vt ab imperitis in promptu cuique esse iudicentur: ijdem tamen si hoc ipsum conentur dicere, agnoscunt quantum, non dicam in ista grandi eloquentia, sed in minuta quidem subtilitate sit difficultatis. Quod si & ipsa esset, quæ esse debet eloquentia, & æquas, ac eruditas aures haberet, nihil esset ex omnibus humanis artibus admirabilis. Sed honorificum est (inquietum) & modestum, præclaris veterum vii testimonij, nec sua pro antiquis obrrude-re. Quasi verò antiquorum doctrinæ nunc

Kkkk

cium

Cicero 2. de  
rat. et. et.  
13.

Verius in  
eloquentia  
gallia.

Eloquentia  
cur ed. e  
vid. atur  
eruditio.

etiam remitteret eloquentia, nec eos & sapientiam & honoris causa appellaret. Num vero, & ubi vis probationum desiderat, si quae sint in authorum verbis *ιμφατικότητα*, hec existunt eloquentes; num firmissimas habent ex omni scientiarum instrumento rationes, num eorum Principes crebris appellant sermonibus, num ipsi laudant impensis: num de suis aliquid arroganter praedicant? Quod si nihil antiquorum inuenitis addi nostri Censores volunt, suadeo ut artes, & ingenia, in pistrinum quoque contumeliosae feruentis adigantur, nec patiantur homines exercere quod natum sunt. Sed nos docto scholasticas, & philologos suis commentarijs relinquamus, & nihil eloquentia dignum iudicemus, in quo offusa testimoniorum luxuries lucem obscurerat orationis.

*Causulas  
splendide  
vadare.*

Recte igitur praecepere videntur, qui haec de forensi eloquentia praescribunt. Primum, ut forma generis iudicialis notior sit, atque illustrior, distinguenda sunt omnino genera causarum; quædam enim sunt causulæ, de quibus & audire, & dicens penitentia indignum est, ad quas si splendorem eloquentium tunc patronus afferat, is videatur *ἰστι φαντασία λέπικα*. *καὶ οὐ*, in lenteula vnguentum querere: nec enim illustrem orationem afferre debet, nisi qui pacem causam inuenit. Aliæ sunt ornatae, & planè *ἐπιλυκτικαὶ*, quæ apparatiorem stylum desiderant: aliæ sunt mediores, quæ a temperatum dicendi genio postulant: aliæ denique negotiosæ, & graues, quæ sine fuso verborum, & affectatione rerum tractandæ sunt. Et grauius in iis peccant, qui ut eruditioñis famam consequantur, ardent quædam prurigine citandi, & passim orationibus authorum testimonia iisdem verbis in gerunt, que ad inanem potius ostentationem, quam ad robur causæ attinent.

Secundum vitium est corrum, qui exquisitam vernantis styli lasciviam, variæque explicationis figuræ solertissime componunt, quos Persius merito exagitat.

*Eores, ait, Pedio, Ped tu quid? criminis rassis*

*Libra in Antithesis, doctas posuisse figuræ*

*Laudatur bellum hor, hoc bellam, an Romæ le cœus,*

*Men movent quipps, & canor si naufragus, nesciunt.*

*Protulerim cantas fracto cum te in trabere pīdum,*

*Ex humero portes verūm nec nocte paratum,  
Plorabit qui me volet incurvasse querela.*

Quid enim tam frigidum, atque alienum, quam in discrimine capitis, aut fortunatum ambitioso genere orationis se ostentare? & Blasphemari, qui sacrilegii, & peculatus postulatus, à Cyrenensibus capitis causam dicens, non se oratorijs defendit lacertis, sed Neroni placitum spectans, leuia carmina, & faciles versus in Senatu recitauit?

Terrum eos spectat, qui vel in leuioribus causulis petitas ex varia antiquitate historias tam auidè intercipiunt, ut in hoc suū palmarium, vel præcipuum repositum esse arbitrentur, quos si non aliud, illud certe Lucilij edo, cuius debetur.

*Χειρὶς ιον, καὶ βέν ἀπολέλεχε, καὶ μίαν  
ἀγάρα,*

*Ων χάριν ἐλκφας μισθάριον Μεγάλης.*

*Οὔτε δὲ μοι κοινόν τε πρὸς Οδυσσέα γένηται,*

*Οὔτ' ἀπάγωλεπτας οὐτε ἀπόδεμα ταῦται.*

*Αλλὰ πρὸς Ευρυχίδηχορδὺ κρίσιν, οὐτε ποιεῖς*

*Εὐθάδε μοι Ξέρζης, καὶ Λακεδαιμονίος.*

*Πλὴν καμψ μνήδην νόμα χάριν, καὶ μῆρα κράζει.*

*Αλλα λέγει μάρτυρες, αλλὰ τὸ χοῖρος διορύ.*

Quod Martialis lib. 6. festiuissime imitatur canit.

*Non de vi, neque cedo, nec veneno,*

*Sed lis est mihi distractus capellus.*

*Vicini queror has abesse furto.*

*Hoc index sibi postulat probari.*

*In Cannæ, Mithridaticumq; bellum,*

*Et periruria punici furoris.*

*Et Syllas, Marioq; Mutioq;*

*Magna voce sonas, manuq; socius,*

*Iam dic Poitumne, distractus capellus.*

Subtilis igitur his, & similibus vitijs prouidere debet hoc maximè tempore orator, videnda, taconaque calleat, ac semper ad evanescere festinet, & ad medianas res, non secus ac notas auditore rapiat. Superuacaneum non modò, sed & puerile videtus communibus

bus causis exordia ad texere, trahereque diffusus, & in transitionibus, ac parergis luxuriae, quæ omnia ludentium sunt potius declaratorum, quam negotiosorum hominum.

Quartum ad eos pertinet, qui longos amant circuitus, & diem, quod aiunt dicendo eximere. Benè de hac re monet Paschalis. V. C.

Quæ ratio ( inquit ) est adstricti moris, totiusque adeò vitae, eadem quoque est sermonis: ut enim in libera ciuitate farendum est multa iedundare in moribus, ita in orationibus, quæ ibi habentur, multa plerumq; inest procacitas linguae, & superfluenus quedam verborum luxuries similis morum. Id totum in aula excipitur magno derisu, & expomitur pari fastidio. Quippe aulico palato, id est, docto, & eruditio, nihil magis ad gustum est, quam sobrietas quedam ponderosa. Senatores liberi populi hoc se amplectuntur, quod multo sermone diem eximunt, ac multa libertate agunt.

At in aula hæc libertas est pro lasciuia, & nisi temperatur, continuò deridenda propinatur. Neque enim nuda, aut sola placet, sed ita si obnubitur grata illa suavitate, quæ propignit peritia morum Principis. Illa quidem simplicior, hæc artificiosior. Et vero attenti, & perspicaces rerum aestimatores latius intelligunt, in iis gentibus, quæ regnantur, vulgarem sermonem, cui merito nomen indi potest morū speculo, præ se ferre nescio quid presi, concinni, neruosi, quale extat illud de Menciano dictum, qui,

επιζοχαδιν ἀγόρευ  
Πατρα μὲν ἀλλα μάλα λύγεις.

#### GENVS IV DICI ALE.

De statu, & tractatione causa-

rum.

#### CAPVT X XIV.

**R**ESTAT Vt Patronum, armis pietatis, eloquiorum, & eruditionis instrutum, in caussarum tractationem, quasi in aciem educantur. Quæ in te priimum cognoscendæ sunt, quæ a Græcis γένη appellantur, de quibus, cum iuncta sint propter apud Rhetores

Græcos sermonum curricula, habet rem in pauca contrahere.

Status ( vt ex vulgaris definitionibus constat) est questio, quæ ex primo caussarum cōflictu nascitur, in quo screndum est, quod habet Tullius, quid sit intentio, depulsio, quæstio, ratio, ratiocinatio, infirmatio, quæ D. Augustus in sua Rhetorica fusius explicat.

Intentio igitur est, cum crimen aliquod intendantur ab aduersario, vt C. Flaminius Tribunus plebis Rempublicam male gerat: hunc pater suus consilium plebis habentem de templo deduxit. Arguitur à filio læse maiestatis.

Depulsio, cum crimen defenditur à reo, vt non læsi maiestatem: ex hoc conflictu status fit.

Quæstio an maiestatem læserit Caij Flaminij pater?

Ratio, quod assertur in cassæ fundamen-  
tum, vt in filium meum potestate vltus sum  
( inquit parsens.)

Rationis infirmatio, cum diluvitur, quod ad fulcierandam caussam assertur. At enim, qui patria potestate, hoc est priuata auctoritate, Tribunitiam potentiam, videlicet populi potestatem minuit, is maiestatem læsit.  
( Arguit filius.)

Iudicatio κρινόμενον summa rationis rei, &  
status questionis, ad quem collineare debent  
omnes argumentationes. An minuar maiestatem, qui in Tribunitiam potestatem patria  
authoritate ytatur.

Longum est recensere, quot sint in hac  
parte scholasticorum, tum Græcorum, tum  
Latinorum ineptiæ, qui infinitas propæ  
ceprorum minutias de statibus congerunt. Ne  
tamen artis formulæ ignorarentur, placuit  
istud ex Curio Fortunatiano veteri iuriiscon-  
sulto subiçere.

#### D E S T A T V inuestigando.

Et de causis Asystantis.

**C**APVT XXV.

**A**ΣΥΣΤΑΣ, quæ appellata cassæ sine quomodo  
statu, & fundamento, secundum Her-  
dign. sc. et. magoram sunt quatuor modis, quini tur.

K k k 2 est.